



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.15. Hæc simplicitas potiſſimum quæritur à potentioribus: nec Regem Assuerum, nec hos imitentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

72 cens ille Christum accedens, acriter instans & studiosè inquirens de modo instituendi vitæ rationem, ut vitæ consequatur æternæ possessionem.

Math. 23. 17. *Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo.* O, qui illum vidisset, statim in album referre potuisset electorum, viam inquit, legem & media quibus finem obtineat, beatitudinis!

D. Arg. Ceterum attende, quod Deum ex toto corde suo minime quæ fuerit: quia cupiditate feruebat bonorum, optabatque ut Christus conforme suæ cupiditati daret ipse responsum: *Quomodo enim in toto corde quæsiuit, & cuius consilio diuitias suas prætulit, quo auditu vultu abscessit?* Heu quot tui similes inuenias!

73 Eo modo Pharisei Dei mandata scrutabantur. Ita scrutantur Pharisei: & similiter multi scrutantur, & inquirent, quâ ratione seruanda sit lex diuina, non quia in eo Deum præcedunt, sed ut videant, utrum ex responsione aliquid percipiant, quod eorum placeat appetitu. Venit alter, interrogaturus, utrum seruare sibi possit iuramentum ex fornicatione conquistum, scrupulosus, vel restituendum habeat quod supra receperit, quia vendidit credito: vel utrum teneatur hoc exequi quod illi patet in testamento suo mandauit implendum: vel utrum de domo oporteat eijcere scandalum, quod ibidem alit ad animæ suæ perniciem: vel utrum satisfaciendum sit honori, quem in conuersatione denigravit: & cum desiderio venit, illudque monstrat ut illi dicatur, quod bene se deat appetitu: si verò percipiat, quod ab hoc declinet responsum, ingemiscit, & viam & alteram ad id rephicam adiungit & mutat circumstantias, satis clarè designans, hoc sibi minime complacere: Non est tibi *Cor boni consilij*, statim hoc tibi, Accede, sed corde simplici paratus exequi quidquid tibi responderint, ostendens simplicem hanc in te, & omnibus esse obedientiam.

§. 15. *Hæc simplicitas potissimum queritur à potentioribus: nec Regem Assuerum, nec hos imitentur.*

18 **P** Rincipes & potentiores primariò par est ut hanc habeant dispositionem: dum enim consilium exquirunt, hoc ita sit ut suum non exponant beneplacitum nec desiderium quo feruent, sed simplex cor sciendi veritatem: etenim satis ex periculosum, quod si namque

desiderium suum aperiant, & ostendant se hoc vel illud optare, illud ipsum non leuem parit occasionem, ut consiliarius & censearius inclinetur ad idem quoque desiderantum: nam opinantur ipsi sibi ininteresse ut talibus complacent, & communiter trahit intellectum voluntas, adducitque eum ut inclinetur ad iudicium eius, quod ipsa desiderat.

Valde frequenter accidit Regibus, Principibus & Magnatibus, quod Spiritus Sancti reletur in historia Esther de Rege Assuero: non enim sine ratione describit illam suis omnibus distinctam circumstantijs, sed ad nostram utilitatem & instructionem, sicut de alijs similibus aduertit Dnus Gregorius. Erat autem Assuerus tantæ potentie Monarcha, ut centum viginti septem Prouincijs Dominus imperaret. In exordio Monarchie suæ conuiuium intruxit toto orbe celeberrimum omnibus Principibus suis & imperij Magnatibus: eodem motum ex do coniux illius Regina Valthi ex altera parte Rege cõ aliud præparauit illa conuiuium feminis emni bus insignioribus. Die quodam Rex genio uisus Assuero. mis indulgens & magnificè conuiuantium societate lætatur, ut testatur Scriptura: *Post nimiam potationem, cum inualuisset mero: præcepit ut eum Reginam adducant Valthi: ut ostenderet eum illi populo & Principibus pulchritudinem illius: Erat autem pulchra valde.* Renuit illa, & uenire contempsit. Bile Rex ex cauidit ultra modum, & si potu nimio, multo magis cholera itaque demersus. *Iratus Rex, & nimis furore succensus.* Quocirca sine mora septem conuocat regni sui Consiliarios, eosque primarios, & nobilitate & auctoritate, qui proximi Regi assidere consueuerant, & ceteros sapientiâ superabant, utpote legum regni scientissimi: *Scientes leges ac iura matorem, qui videbant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant.* Congregatis illis in eodem loco sic ait: Non est dignitas mea, ut tantam patiens feram impudentiam: etenim dum Reginam aduoco & huc accurrere præcipio, vobis insipientibus, mei renuit mandatis obedire: nequaquam mihi conuenit, nec ratio suadet, ut impune transeat tantum inobedientiæ facinus: idcirco stat animo tale de ipsa sumere supplicium, ut omnibus sit regni mei in exemplum. Illico postremus eorum nomine Manucham Regi respondet: Domine mi Rex, plus æquo est, & nullatenus impune transire potest talis impudentia, talis, inquam, quæ mulieris superbiâ inflata extollit in maritos refractarias: si namque maiestas tua faci-



nus illud non viciscatur, animos sument vxores, vt virorum suorum contemnant impetia: Egritudine sermo Regine ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant: Rex Assuerus iussit, vt Regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit: atque hoc exemplo omnes Principii coniuges Persarum atque Medorum parui pendunt imperia maritorum. Hoc postulat aequitas: vt in omnium regnorum conspectu illam Regine prius dignitate, repudiet, & ætibus suis exarbitret, aliam autem eius loco sufficit, quæ promptiorem tibi seruet obedientiam: Placuit consilium eius Regi, & Principibus, fecitque Rex iuxta consilium Manucham.

Regina Iosephus hanc describens historiam quandam obicit difficultatem: vter melius fecerit & iuxta legum decreta: Rex præcipiens, vt Regina prodiret in conuiuium, in quo cum Principibus Luis accumbere: vel Regina ire renuens: Certum est Regnam egisse quod illi faciendum incumberebat, & iuxta Persarum iustitiam: proinde Regis imperium dirigidè Persarum repugnabat iustitiam. Hoc vnum inter alia habebatur vt lex i refragabilis (inquit Iosephus referentque Macrobius) vt mulieres honorabiliores nullatenus intrarent conuiuij locum, in quo Principes mensam celebrabant: insuper vt testatur Iulianus. nec daretur locus, vt illas aspicerent. Parthopersa feminis non conuiuia tantum, sed & virorum conspectum interdicit. Quocirca in Perside Regine Regum non intererant conuiuijs. Confirmatur autem: quia ante eundem Assuerum, cum ipsam provincijs Rex Balthasar imperaret, licet coram instruxisset opiparam ad quam magnates suos inuiterat, mulieres suas ordinarias & concubinas, non tamen ad illud ingreditur Regina, nec ei licium erat, quod patet ex eo quod scribit Daniel: dum enim manum aduertit hæc scribens: *Mane, Techel, Phars,* verba tot documentis & plena mythenijs ad uostram instructionem, vt tota Regis curia non modicè perturbaretur. Aduocantur Aruspices, sapientes, & diuini vt huius scripturæ legitimam edicant interpretationem: sed non erat qui sermonem interpretaretur, eum igitur omnes stupor teneret mentisque turbatio, pertinet verbum ad Reginam, quæ in cubiculo suo sedebat sola secretiori: vel fore nobilioribus epulas ipsa domicellis instruebat: & illico accurret ad locum, in quo Rex maritus cum magnatibus suis & vxoribus ordinarijs residerebat, illumque verbis demulcet consolatorijs, virum se scire, qui scripturam hanc

posset interpretari erat autem Daniel. Regina autem pro re, quæ acciderat Regi, & optimatibus eius domum conuiuij ingressa est. Et proloquens ait: Rex in æternam viue, nõ te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immuetur: est vir in regno tuo. Et Ad tales casus quando viri patiuntur animi deliquium, vitæque periculum, accurrunt Regine, & vxores primariæ, quæ viuis assistant, illos solentur illosque corroborant, ceterum ad comedendum & bibendum, atque ad pulchritudinis solij ostentationem, omnino non fiat, etenim est innum ardentius sociare titonibus, & seipsum periculo exponere manifestissimo. Tamummodo vxores admittentur vtiliores & abiectiones, dicat concubina: nam illas inroducebant, hanc conuiujs exhibituras recreationem vt seruiret illæ conuiuantijs, atque eo sensu quædam Di. Ambrosius verba interpretor: *Plerique Persarum more mulieres dignas simulonorum consortio inducunt, & ab his phialas accipiunt.*

Mulæ Persarum inhærentes consuetudini discernunt vt mulieres dignæ consortio ebriorum conuiuio deseruiant: non vero digniores, & hoc rationi conuenit: nam velle aliquem, qui mulierem sortitus est elegantiorum, vt in conspectum veniat coniuuarum, cuiusque contemplantur faciei venustatem: quid aliud est quam illos excitare, & huic dare licentiam? Rei veritatem expressit casus pulcherrima Lucretia: quæ cum venustate floreret, voluit vir eius conuuarum, vt in conspectum prodiret Sexti Tarquinij, nam eius pulchritudine captus & accensus, non deservit donec eam impudice violasset: similibus autem emscatent historiæ infortunijs, quæ referunt Cicero, Herodotus & Iulianus. Hac ex causa legem Persarum considerant, sic scribente Plutar. quæ morte pledebant quemlibet, qui mulierem iherda vestiam propitius accedens intraret.

Hoc dato, Regina Vasthi (testatur Iosephus) prudenter iuxta regni præscripta fecit, illæque seruare volens inueterata, virorum noluit interesse conuiuio: Voluit ipsa Persarum leges custodire, quæ ab alienis vxores vt dicitur prohibebant. Ex hoc ipso concluditur quod Rex in eo quod præcepit, proprias præuaricatus sit leges & primariæ monarchiæ violauerit iustitiam. Vide sequitur (inquit Sulpitius) quod ipsa præcepta dignitate fuerit reprehensione. Sicut Rege consilio, iudicis virorum oculis spectaculum præbere iussa abnuuit, ante ipsa laudabilior, quanto in legum pudorisque custodia constantior.

Dan. 4.
20.
D. Ambros.
L. de Elia
c. 15. To. 4.
39
III.
Ex consuetudine
Persarum mulieres
non intererant
virorum
conuiujs.
Verr. 1. in
Artaxer.
26.
Serar. in
c. 1. Esther
p. 3. 2. 4.
De

De quibus diligenter scribit Auctor modernus: qua igitur ratione euenit, vt nonnulli viri dignitate literis, & scientia clariores, petenti ab ipsis Regi consilium darent omnibus illis Persarum legibus oppositum, & consulerent priuatione plecti, quod laudibus extolli, præmioque donari merebantur: & cum ipse pessimè in hoc procederet, merito regno priuandus, ipsa vero Regina, optimè, atque ea ex ratione plus æstimanda, ferrent attamen sententiam quod Rex prudenter egisset, & Regina seuerissimo esset plectenda supplicio?

Ne mireris: iam enim Spiritus S. rationem indicat, & hæc quidem ea erat: quod Rex ab iis consilium inquireret, suum exponens desiderium, quod eamiam decreuerat exemplar statuere supplicij: illi vero consiliarij Regi pesserent complacere, & ob hoc semper in faciem eius intendebant. *Videbunt faciem Regis: sibi autem persuadebant per hoc illis fore cõsultum si Regi blandirentur, eiusque mentis propositum extollerent, licet inordinatum, eamque condemnarent, quam iuxta Persarum decreta liberam declarare debuissent.* O quam fide es fuisse ipsi consiliarij, si Regi dixissent: Domine mi Rex: sapientius in hoc se gessit Regina, quam Regia tua maiestas: quod enim illi mandati, maiorum tuorum contradicere iustitias: quod autem illa renuit agere, illis est conforme, & pudicitia, quam mulier debet seruate principalis. Sed illis ad hoc animus defecit, & Regis voluntatem explorantes, suam inclinatum vt ei se conformaret intellectus: etenim certo constat, quod si potentior suam declaret voluntatem, reuam in te pessima, tamen eam vt optimam iudicabunt esse consiliarij: iam enim prædixit Salomon, *Princeps, qui libenter aulis verba mendacij, omnes ministros suos, tri. habent impios.*

Pro. 29. 12. Lib. 1. li. 1. Notari digna occurrit historia ex Sozomeno de Constantino Magno Imperatore: cum enim aliquando fidelitatem seruorum suorum & consiliatorum vellet experiri, cumstos ad se conuocauit, atque illis: Amici vobis notum ar. bitror, iam à pluribus me diebus in lege & fide viuere Christiana, meque illi subiacisse, verum tam en hoc seruire, me ledere huius legis ac fidei, qua tam strictè nostra comprimit desideria, vt nullum nostri locum cedat appetitus voluptatibus. Imperatori penè omnes respondent: verissimè Domine: nam maiestas tua nobis quæstionem proponit quam iam illi proponere decreueramus, nullatenus expedire vitam ducere

sic oppressam, vt tanta continuitas oppressionis necessario vires & salutem sit extenuatur: cum autem maiestas tua iam hoc experientia didicerit, & ipsa experientia coggerit idem de illa nobiscum cognoscere: conueniens foret salutis vitæque conseruationi Imperatorie maiestatis, vt dei illi quasdam explicationes quibus parum de rigore eius remittatur, quo vitæ nobis rationem constringit legique conformem adeo molesta, tantummodo quidam superfluerint, dixerintque Constantino: moderate ô Cæsar, ne tale quid aggrediaris: etenim ingratitude erga diuinam gratiã foret nõ minima, quæ te illuminat, vt bonis agnoscas illud que se quaris: malum autem, vt fugias & castiges. O prodoctores, inquit illis Imperator, vt etiam in eo quod directe contra Deum militat, adestis adulatoribus consilium mihi contra Deum suafuri: procul hinc abite maleuadi consiliarij, nec vniquam in curiam meam redire præsumatis: qui namque contra Deum dat consilium multo parator erit, vt tale quid suis contra me ferat adulationibus. Igitur aduerte, qua ratione tibi sit interrogandum, quam non exponendo voluntatem, sed corde simplici & amico veritatis Hoc est, *Cor boni consilij.* Cum illi non accederent illi præscit: non enim omnes sunt simplices, sed desiderantes vt Dominus illis eo modo respondeat vt eius responsum possint carpere, vel respectu populi, si dicet, se Christum non esse, vel in ordine ad Imperatorem Romanum, si palam & aperte se talem esse proclamaret.

§ 16. Sequuntur me. Prædestinati signum est sequi Christum, non autem illum circumdare, nec cum illis se illi opponere.

Secundum iudicium datum à Domino Prædestinatorum in simbolo omnium suarum, hoc est: *Sequuntur me*: Cui opponere videtur Euangelista secundum reprobatorum iudicium in figura Iudæorum, de quibus ait: quod nedum Saluatorem non sequantur, sed illum circumcingant: quatenus non progrediantur. *Circumderunt ergo eum Iudæi*: Signum maxime proprium probatus. Quantum coniecto recordatur D. Ioannes eius, quod Spiritus S. de reprobo scribit Saul: Dauidem enim in montibus obstrantem cotona circumcingit, eumque medium concludit, vt nec in hanc, vel alteram posset partem, qua vellet, iter carpere: *Circumcingit 26. Reg. 23.*

partit. c. 7. Notari digna occurrit historia ex Sozomeno de Constantino Magno Imperatore: cum enim aliquando fidelitatem seruorum suorum & consiliatorum vellet experiri, cumstos ad se conuocauit, atque illis: Amici vobis notum ar. bitror, iam à pluribus me diebus in lege & fide viuere Christiana, meque illi subiacisse, verum tam en hoc seruire, me ledere huius legis ac fidei, qua tam strictè nostra comprimit desideria, vt nullum nostri locum cedat appetitus voluptatibus. Imperatori penè omnes respondent: verissimè Domine: nam maiestas tua nobis quæstionem proponit quam iam illi proponere decreueramus, nullatenus expedire vitam ducere